dñi audiebat uerbum illius ; martha autem ſatagebat
circa frequens miniſterium , Quae ſtetit & ait ; dñe non
eſt tibi curae quod ſoror mea reliquid me ſolam miniſtrare
Dic ergo illi ut me adiuuet · & reſpondens · dixit illi dñs ,
martha martha · ſollicita es · & turbaris erga plurima ;
porro unum eſt neceſſarium , maria optimam partem elegit
Fer. quae non auferetur ab ea · LECT. S

ET FACTŪ EST CUM [illegible] IN LOCO QUODĀ

ut ceſſauit · dixit unus ex diſcipulis eius ad eum ; Dñe · doce
nos orare ; ſicut & iohannes docuit diſcipulos ſuos ; Et
ait illis ; Cum oratis · dicite , pater ſanctificetur nomen
tuum ; Adueniat regnum tuum · panem nrm cotidianum
da nobis cotidie & dimitte nob peccata nra · ſiquidem &
ipſi dimittimus omni debenti nobis ; & ne nos inducas In
temptationem ; Et ait ad illos , quis ueſtrum habebit
amicum · & ibit ad illum media nocte & dicet illi , Amice
commoda mihi tres panes · quo amicus meus uenit de uia
ad me · & non habeo quod ponam ante illum , & ille de
Intus reſpondens dicat ; Noli mihi moleſtus eſſe · Iam oſtium
clauſum eſt · & pueri mecum ſunt In cubili · Non poſſum
ſurgere & dare tibi ; & ille ſi perſeuerauerit pulſans ·
dico uobis & ſi non dabit illi · ſurgens eo quod amicus eius ſit ·
propter Inprobitatem tamen eius ſurget · & dabit illi
quotquot habet neceſſarios ;

Et ego uobis dico ; petite · & dabitur uobis ; quaerite ·
& inuenietis ; pulſate · & aperietur uobis ; Omnis enim
qui petit accipit · & qui quaerit Inuenit · & pulſanti
aperietur ; Quis autem ex uobis patrem petit panem ·
numquid lapidem dabit illi ? Aut piſcem · numquid
pro piſce ſerpentem dabit illi ? Aut ſi petierit ouum ·